



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XXXVIII. Vtrùm possit Sacerdos confitens, ne sigillum Confessionis alterius reuelet, peccatum aliquod in Confessione sua propria reticere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput III. De Qualitate

verò magnum aliquod oborturū esset scandalum, poterit suo Parocho confiteri tam reseruata, quàm alia, & eius consilio uti, promittēs se velle postea à Superiori Absolutionem petere; & sic cōmunionis particeps fieri poterit.

Quaestio *Si Superior adsit, & non fuerit tutum*
XXXVII. illi confiteri, nec copiam absoluendi velit
facere Inferiori; quomodò sibi consulet
pœnitens?

Respōsio. **Q**uotiescūq; eiusmodi occurrit perplexitas, ut licitum sit, nō confiteri Superiori, tametsi inferiori nolit cōcedere facultatem absoluendi, poterit Eucharistiæ particeps fieri, haud secus, quàm si absolutus esset; Quia in tali casu censendus est non habere copiam Confessionarij: Caueat tamen pœnitens, ne friuolam non confitendi causam pro legitima habeat.

Quaestio *Potestne Sacerdos cōfitens, ne sigillum*
XXXVIII. Confessionis alterius reuelet, peccatum
aliquod in Confessione sua
propria reticere?

Respōsio. **N**ON modò potest, verumetiam necessitas ei incumbit, ne sua Confessione alterius Confessionis sigillum reuelet. Verbi gratia,

gratia, Sacerdos aliquis absoluit Episcopū à simoniæ labe, quod nō erat facultatis ipsius, quod peccatum, si suo manifestaret Maiori; illicò cognosceret, Episcopum simoniæ crimen patrasse; eiusmodi, inquam, peccatum alterius per cōfessionem cognitum, in Confessarij cognitionem, ne per Confessionem quidem, traducere potest.

Strictius enim obligat præceptum, de non reuelanda Confessione, quàm præceptum de Confessionis integritate. Et si daremus, vtriusque præcepti par esse vinculum obligandi; attamen illud, quod sapius aliter se habet, nec obseruatur semper, ei debet cedere, quod nunquàm aliter se habet, & perpetuò religiosè seruiatur. Iam constat multis ex causis, nō retinendam esse Confessionis integritatem; semper verò Confessionis figillum. Quare hoc in casu amputandum potius est aliquid de integritate Confessionis, quàm vt accusatione nostri, Confessionis alterius reueletur figillum.

Quid, si Sacerdos sit Confessionis reuelator; licebitne eam diuidere?

*Quæstio
XXXIX.*

SI Sacerdos flagitiosus sit, aut ebriosus, vt probabiliter timeretur graue periculum, ne poenitentis per ebrietatem reuelet peccatum, nec adfit alius, cui tutò confiteri possit;

Respōsio.